



1402 I. O. B. 2. d.

P A T I E N T I A
V I C T R I X

In AMICO, Iob, InVICto DEI serVO.

Repræsentata

SEU

O R A T O R I U M

Modulis expressum

In neo-erecto Sacratio Divæ Virginis

Auxiliatricis,

Commendæ Labacens. Equitum Ordinis

Theutomici, Boliviae Austriae.

Quadragesimalibus, die Martij

Concinendum

A JOANNE BERTHOLDO ab
Höffer, Inclyt. Ducatûs Carniolia Præt. & Provinc.
Tribunalium Assessore; Academia Phil-Harmo-
nic. Labacens. Academico Exhibitum.

SUPERIORUM PERMISSU.

LABACI, Formis Joannis Georgij Mayr, Inclyt. Prov. Carn. Typogr.



1716

REPORT

of the

...

...

...

...

...

...

...

...

...

ARGUMENTUM.

Simplicem cum hoste multiplici Iobum exhibemus
 pugnantem. Ille Marpesiæ rupis instar semper
 idem; hic semper alius. Prima dæmonis velita-
 tio boves abigere; altera robur enervare luxu, sed in-
 cassum. Igne absumentur oves, abducuntur cameli:
 stetit, & banc sortem tulit invictus animus. Aufe-
 rat, afferat opes, æquè beneficum adorat Numen.
 Hactenus pugnae prælusum: majora sequuntur. Vento
 valido regia solo æquatur: turbantur omnes, non
 ille, cui damnum infertur. Aedibus destitutus, libe-
 riore fruitur aura. Quis teneat lacrymas? sobolem
 inter epulas opprimit ruina, verùm adhuc pater su-
 perstes. Cadaver hunc crederes Principem, nisi spi-
 raret è folio in sterquilinum abjectus. Debellatum
 arbitraris? erras. Seipso quiddam deterius subro-
 gat dæmon quid illud? scemina. Uxor in virum ar-
 matur, suadet mortem, ut morte præveniat. Hanc
 impiam stultæ pietatem linguâ retundit. Ac ne quid
 aliud amaret præter DEUM etiam mortem exosam
 habet. Ultimus dæmonis impetus, amicorum probra.
 Omnium miserrimus invidos numerat amicos, bi
 mordacissimo dente mordent ulceribus plenum. Extre-
 mus hic labor, & ipse felici exitu coronatur, totòque
 coeli ambitu plausus excivit. Vis plura? ipsū legito. Ne-
 mo melius Iobum, quàm ipse Iob, suo calamo cecinit.

HOmnes, qui piè volunt vivere in Christo JESU, persecutionem
 patientur. ad Timoth. 3. 12. A 2 INTER-



INTERLOCUTORES.

Textus.

DEUS.

Sathan.

Job.

Uxor Jobi.

Nuntius I.

Nuntius II.

Nuntius III.

Amicus I.

Amicus II.

Amicus III.

JOB.

I O B

Patientia Vidrix.

Textus.

A Nimæ tribulatæ
Adversa non timete,
Constanter sustinete,
Nec unquam vos perterreant stellæ iratæ,
Discite Iobi exemplo,
Quod supernâ favente DEI clementiâ,
Omnia vincat patientia.

Iob vir magnus in terra,
Multas opes habebat,
Sed majores virtutes possidebat,
Tantæ fuit sanctitatis,
Ut sui nominis gloria singulari,
Sit meritus à Domino laudari.

DEUS. Quàm simplex,
Quàm rectus,
Est Iob servus meus!
Sunt à malo, qui recedunt,
Et ad bonum multi accedunt,
Sed inter mille, & mille
Non est unns sicut ille
Satis sit quod dicat DEUS. Quam &c.

Text. Audijt, fremuit infernus,
Nec frare potuit Sathan,
Quin audax contra DEUM, sic loqueretur.

Sathan. Quid Iobi simplicitas?

Quid bonitas?

Quid timor DEI?

Nil mirum,

Si cuncta prospera

Eveniunt ei:

Sine, ut tangam illum,

Sathan non sum, si cum percutiam eum,

Non neget te esse DEUM.

Superbum genus hominum

Numen, quod est beneficum

Solum adorat,

At furens prorumpit,

In iras improbas,

Quando vexatur,

Quando laborat. Superbum, &c.

DEUS. Sathan maligne, tu mortalium forti

Semper infestus es; sed vade;

Et iras in servum meum exerce,

Cave tamen, ne manum tuam extendas,

Nec eum in vita offendas.

Quam mihi charum est,

Spectare cor fidele,

Placet videre,

Ut pugnet, nec cadat,

Sed victor evadat

Post fatum crudele. Quam mihi, &c.

Sathan.

4
Iob. Nudus de terra egressus,
Nudus in eam revertar,
Qui bona, & filios abstulit,
Idem Dominus est, qui mihi dedit,
Ut placuit ipsi, est factum.
Hinc etsi eveniat pejus,
Magis semper laudabo nomen ejus,
Nunc cognosco, quàm vana
Sint, quæ mundus promittit,
Unde me totum dono,
Summo & æterno bono.
Munde fallax sperno te,
Tu promittis te amanti,
Multa bona
Sed sunt dona,
Quæ deficiunt in instanti,
Nec beare possunt me. Munde, &c.

Text. De tanta patientia,
Lætati sunt cœli,
Et servo fideli,
Coronam parabat,
Divina clementia.
Lætati sunt cœli
De tanta patientia, &c.
Verùm, ut clarior esset victoria,
Permiffit DEUS ut Sathan
Eum cruciaret in vita,

B

Unde

Unde ulceribus plenus,
Testâ saniem radebat,
Et præ dolore languens sic dicebat:

Iob. A pede usque ad caput,
Non est sanitas in me,
Putresco,
Languesco,
Sentio me mori,
Et tamen resisto
Non cedo dolori,
Nec unquam desisto
Chare DEUS! laudare te!

Text. Ad hæc patientis verba
Irâ Sathan exarsit,
Et furore agitatus,
Ut languores augetet,
Uxorem importunam
Et molestos amicos
In ipsum concitavit.

Uxor Iobi. Non sum nata
Fortunata,
Vult me affligere dira fors!
Jam fugit lætitiâ,
Sum plena mæstitiâ;
Hac misera vita
Beator est mors. Non sum, &c.

Misera!

5
Misera ! in quo peccavi,
Condemnata rigori iniquæ fortis,
Ludibrium vitæ, ac repudium mortis,
Uxor sine marito,
Sine liberis mater,
Omni bono spoliata!
Nolo vivere sic, sum desperata.

Sic vivere non possum,

O dura fata!

Si finis dierum

Est finis malorum,

Dies veniet optata,

Tunc cœlum iratum

Cessabit me affligere,

Sum desperata,

Sic non possum vivere.

Iob. Quàm stulta sunt, quæ dicis? si tot bona
De manu DEI suscepimus?

Cur etiam mala

Læti non suscipiamus?

Adora DEI Consilia,

Non, non despera,

Ut possis vitare

Divini furoris

Judicia severa,

Sub manu omnipotentis cor humilia,

Non despera.

Adora, &c.

Uxor. Miser! & adhuc manes
In tua simplicitate?
DEO benedic, & morere.
Morere, & sic contenta
Manebo sine te.
Tu desines languere,
Ego cessabo flere,
Non sentiam tua tormenta,
Nec audiam tot lamenta,
Quæ jam fastidiunt me. Morere, &c.
NB. Inferit hic eruditam Concionem Italicam Adm. R. P. Ernestus Co-
delli Coll. S. J. Minister.

PARS II.

Iob. Manate amaris lacrymis
Pupillæ meæ dolentes :
Non peccavi,
Non erravi,
Et tamen Cœli
Plagâ crudeli
Sæviunt in me furentes. Manate, &c.
Quid faciam miser,
Ubi me abscondam?
Quò fugiam à facie iræ DEI?
Miseremini saltem
Miseremini vos amici mei!
Amicus I. Si ceperimus loqui,
Forsan molestè feres,
Sed conceptum sermonem

Quis

Quis potest retinere?

Quoties tu manus lassas roborasti,
 Et quoties vacillantes confirmasti,
 Et nunc tenuit te plaga, sic defecisti?

Ubi patientia tua?

Ubinam fortitudo?

Amice, crede mihi,

Fortitudo non est alios docere,

Sed pati & sustinere.

Nati sumus ad laborem,

In labore vita stat,

Solum animæ pœnanti

Solum cordi toleranti

Cœlum gratum

Suspiratum

Præmium dat. Nati, &c.

A corde generoso

Abfit omnis querela,

Querimoniæ non sunt morbi medela.

Tu suffer in pace,

Nec te flectant sensus viles,

Labora ut bonus miles.

Et dum sæviunt dolores

Sustine & tace. Tu suffer, &c.

Amicus II. Amice lob auscultas,

Quæ de corde sincero

Ipsè quoque pronuntio,

Quomodo? cūm sis homo,
Innocentem te jactas?
Nullus est sine labe,
Nisi, qui solus est Sanctus, DEUS.
Si quis est alius, qui se justum ducit,
Se ipsum seducit.
Semper lucidæ,
Semper bellæ,
In cœli campis,
Refulgent stellæ:
Sed vilescit,
Et fordescit,
Tantum lumen
Ante sedis æternæ excelsum Numen.
Semper, &c.

Igitur si nec stellæ
Quamvis in cœlo fixæ
Apparent mundæ in conspectu DEI:
Et qualis erit homo
Manens in hac impura carnis domo?
Tu vivis in errore,
Et non advertis:
Nimis superbis,
Et vanis verbis
Contra cœlum contendis,
At non attendis
Vindici DEI furori
Et pœnis certis. Tu vivis, &c.

Ami-

Amicus III. Equidem in errore

Amice vivis, si te justum dicis,
Ipsa verba sunt, quæ te accusant
Et pœna, quæ te affligit, te condemnat:
Gladius omnipotentis,
Innocentes non ferit,
Nec ullum punit DEUS
Nisi propter peccata,
Et scelera patrata.

Sunt flagella peccatoris,
Justa pœna, quæ in hoc mundo
Indignatum cœlum dat.
Si non pœnitet erroris;
Pœna trucior in profundo
Sine spe parata stat. Sunt, &c.

Aufer amice à corde,
Aufer iniquitatem,
Et tunc requiesces,
Nec erit qui te exterreat:
Cor tuum lætitia implebit,
Misericordia à te recedet,
Et serenum post nubila succedet.
Plange, suspira,
Te regnosce,
Veniam posce,
Corrige te:
Te sic dolentem

DEUS

DEUS non plagabit,
Nec pœnitentem
Retrudet à se. Plange, &c.

Job.

Verè consolatores
Onerosi vos estis:
Si pro anima mea
Eſſet anima veſtra,
Scirem & ego vos conſolari:
At nunc dolor me oppreſſit
Et omnis fortitudo à me receſſit.

Infelix quid agam?

Sic dirè plagatus,
Si taceo, ſi loquor,
Non cedunt dolores

Me præmunt angores

Sum ſemper cruciatus. Infelix, &c.

Text.

Gemitus innocentis
Audiuit clemens DEUS
Nec ferre valens tot miſerijs preſſum
Ab amicis ulterius irrideri,
Aërem vento agitavit,
Et alto vocis ſono
Sic audaciam increpavit:

DEUS Qui ſunt illi? qui ſententias
Imperitis ſermonibus involuunt,
Et iudicia confundunt,
An neſciunt infani,

8
Vias meas investigare
Non esse ingenij humani?

Mea judicia sunt abyflus,
Quæ non licet penetrare,
Me tantum ille fapit,
Qui confilia, quæ non capit,
Scit fubmiffus adorare. Mea, &c.

Eliphaz! contra te,
Et duos amicos tuos,
Vultus meus eft iratus.
In jejunio & in planctu,
Jam pro vobis precetur fervus meus,
Hæc enim funt, quibus placatur DEUS.

Amicus III. Superbiam cordis mei,
Et ignorantiam meam verè cognofco,
Ac humiliter veniam depofco.

Parce Numen pœnitenti,
Et ne tenebris erroris
Involutus unquam cadat,
Sed evadat,

Reus fuperni tui furoris.
Tu benigne præfta lumen,
Pœnitenti parce Numen!

Parce tu quoque Job, amice chare!
Et pro nobis Altiffimum precare.

Job.

Cœli Rex, fi tantæ pœnæ,
Quæ me affligunt innocentem,

Iram

Iram tuam possunt placare,
Cætum istum pœnitentem
Noli, precor, condemnare.

Text. Vicit Iobi patientia,
Et patientis vicere effusæ preces,
Atque ad illas conversus
Clementissimus DEUS
Reus amicis pepercit.
Habuit, & ipse Iob cuncta duplicia,
Vixitque lætus sæcula felicia,
Ac demum post tot bona
In cælo data est ei vitæ corona.
Cor afflictum consolare,
Inimica tibi stella,
Sed est DEUS, qui post flagella
Vult invictam patientiam coronare.
Cor afflictum, &c.

F I N I S.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

1787

Main body of faint, illegible text, appearing to be several lines of a letter or document.

Yours very truly,
[Illegible signature]

Faint text at the bottom of the page, possibly a footer or a second signature.

1787

